



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Clerico per saltum promot. Tit. XXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

spensus per duos, vel tres annos arbitrio Ordinarij, & misericorditer conceditur ei beneficium ne cogatur reuerti ad negotia seculi, sed interim curetur vt dignam penitentiam faciat, & melius esset si fieret Religiosus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Inno. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anchar. Panor. Marian. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 180. Alagona in compendio iuris Canonici pag. 70. remissive Ximen. p. 1. & 2. refertur ab Anton Augustin. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 2. & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. part. 50. cap. 62.

[Missarum celebrationem usurpare, &c.] Felice recordi. Clemens VIII. anno à Natiuitate Domini, 1601. sub die 4. Decembris per suam constitutionem incipien. Et falsitas, statuit deperditos, & nefarios homines ad sacrum Presbyteratus ordinem non promotos Missarum celebrationem usurpare præsumentes, non solum actus idololatriæ, saltum extrinsecæ, seu per externa & visibilia Religionis, & pietatis signa exercere, sed etiam quantum in ipsis est efficere, vt Christi fideles, qui credunt eos ordinatos esse, & ritè conficere Sacramentum Eucharistiæ, idololatriæ crimen ignoranter incurrant, putum videlicet panem, & vinum, & tanquam verum Christi Domini Corpus, & Sanctum eisdem adorandum proponentes à iudicibus S. Inquisitionis, vel locorum ordinariis tanquam Ecclesiæ misericordiæ indignos à foro Ecclesiastico abiciendos, & ab ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerint, ritè degradatos, & statim Curia seculari tradendos per iudices seculares debitis pœnis plectendos: quam quidem Constitutionem refert Stephan. Quaranta in summa Bullarj verbo Ordo, in fine, & de materia agunt Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. quest. 27. art. 2. Aldret. de religiosa disciplina tuenda lib. 2. c. 20. n. 14.

Notatur etiam ad hoc, quod dicens se Clericum, & ingerens se actibus Clericorum, cum non sit, est falsarius, & punitur vt per Bernard. in pract. cap. 12. nu. 2. Auiles ad cap. 11. Prætorum, gloss. vlt. num. 21. Petrus Gregorius lib. 4. partis. iuris lib. 4. tit. 4. cap. 1. Et falsitas probari potest recurriendo ad Matricem, si ex ea non constet esse descriptum in catalogo ordinatorum, quæ sit de omnibus ordinatis, ex traditis per Couar. practis cap. 19. vers. quarto, Menoch. remed. 4. adpiscenda num. 736. & de arbit. casu 187. num. 431.

De beneficio autem misericorditer, &c.] Notatur ad hoc quod Episcopus dispensat eum Diacono, qui Missæ sacrificium fecit vt in suo officio permaneat, & retineat beneficium, quod habebat, vt Azor. institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 50. in fine vers. dispensat præterea. vbi etiam dicit gloss. hinc verbo Misericordiam, posse Episcopum dispensare, vt ad Sacerdotium promoueat: verum in irregularitate quam quis contraxit exercendo Ordines, quos non habebat, solum Summum Pontificem dispensare posse, vt ad altiores promoueatur Ordinem, tenent Syluest. Vgolin. Collect. Sayr. & Auila, quos refert, & sequitur Bonacin. de censur. disp. 7. quest. 3. punct. 6. n. 10. quibus adde Valer. Reginald. in praxi sacri penitent. lib. 30. n. 26. vers. tertius. Si verò delictum sit occultum, tunc Episcopus dispensare poterit, vt alios suscipiat, per Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 6. vt aduertunt Bonacin. d. n. 20. in fine, Vgolin. de officio & potestate Episcopi cap. 57. 3. n. 2. vers. si etiam, ego ipse eodem tract. part. 2. aleg. 39. num. 43.

De Clerico per saltum promot.

TIT. XXIX.



UPER hanc tubr. scripserunt Zabar. Ioan. Andr. Anich. Butr. Panor. Marian. Soc. Durand. in breuario iuris Canonici fol. 146. verso, Petrus de Rauenno in compendio iuris Canon. Mart. Meliart. in epitome Decret. fol. 191. Dan. Venator. in analyt. methodicis iuris Pontif. pag. 699. Goffred. & Hotticuf, in summa huius tit. Alexand. Cassan. & Analt. Gerson in paratitulis ad quinque libros Decretal. Barthol. Cuthgena in exposit. titulum iuris Canonici, 2. p. in analytica postremi iuris ecclesiastici charact. pag. 412. nouissime Ioan. Honor. lib. 5. summa in Decretal. canones sub hoc tit.

De materia tit. vide Bernard. & Salzed. cap. 14. Henric. in summa lib. 13. c. 35. prope finem. Bonac. de censuris disp. 7. q. 3. puncto 4. n. 5. late Campanil. in dictionariis iuris Canonici rub. 10. cap. vnic. Mar. Alter. de censur. tit. 2. disp. 10. c. 5. & plures alios citatos per me de officio & potestate Episcopi p. 2. aleg. 47.

SVM MARIVM.

- 1 Presbyter de Subdiacono per saltum ignoranter factus post penitentiam in Diaconum ordinatur, & postea potest secum in Sacerdotio dispensari.
- 2 Clericus per saltum promotus non potest adiuuari.
- 3 Clericus per saltum promotus, an si irregularis ostendatur.
- 4 Credulitatis instam causam habet illud, quod dicitur fide dignis.
- 5 Episcopus ex legitima causa potest dispensare cum promotis per saltum si non ministraverint in Ordine, & cepto sine scionter, siue ignoranter fuerint promoti.
- 6 Ordinatus ante annos discretionis recipit characterem.
- 7 Ordinatus sacro ordine ante usum rationis non tenetur vi voti ad seruandam castitatem.
- 8 Ordinatus per saltum recipit characterem Ordinis si suscepti, sed non eius executionem.
- 9 Ordinem sacrum bene quia recipit etiam nullum habeat de minoribus.
- 10 Episcopalem Ordinem nullus recipere potest nisi sit legitime Sacerdos.

CAP. TUX. Vnic. Innocent. III.

QUI ignoranter de Subdiacono in Presbyter ordinatus Diaconatu, digna penitentia ei iniungi debet, quia ignorantia fuit crassa, seu negligentia, quæ potest in Diaconum ordinari debet, quia non intelligitur iteratum, quod factum esse nescitur, sed mox in sacerdotio ministrare possit, permittatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panor. Mar. Socin. Viuian. institution. lib. 5. iuris Pontif. pag. 180. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 703. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. Augustin. collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 13. cap. vnic.

Collige ex text. clericum per saltum promotum non posse ordinari, vt per Bernard. in pract. c. 24. n. 1. non fieri irregularem tenent Vgolin. de irregularitate cap. 39. §. 1. Valentia, tom. 4. disp. 18. q. 1. sub puncto 3. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 10. num. 30. Zetolin. prax. Episcopi.

De Clerico per saltum promotio Tit. XXIX. 183

part. 2. verbo irregularitas Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 30. numer. 191. Verum alij probabilis tenent recipientem Ordines per saltum, non esse irregularem per suspensionem, quia nullus est textus, unde talis irregularitas colligitur, ita sententiæ plures, quos refert, & sequitur Bonac. de censur. disp. 7. quest. 3. punct. 4. num. 5. quibus addit Fr. Ewman. in summa tom. 2. c. 17. num. 7. cum segg. Henric. in summa lib. 13. de commun. cap. 35. prope finem. Soar. de censur. disp. 31. sect. 1. num. 49. vers. nihilominus dicendum, Aul. eodem tract. part. 7. disp. 9. sect. 1. dub. 2. vers. prima conclusio. Greg. Lopez. l. 18. verbo no de ne tit. 6. part. 1. Salzed. ad Bernard. d. cap. 24. in addit. lit. C. qui præcipue duo ultimo loco citati aduertunt huiusmodi suspensionem incurrere ipso iure, quando quis fuit scienter per saltum promotus per ambitionem, vel superbiam, quia tunc dolose offendit mentem rit. de clerico non ordinato ministrante, cum idem videatur non esse ordinatum, vel non debito modo, quo casu celebrans efficitur irregularis, siue celebret in ordine suscepto, siue in ordine prætermisso; at verò, quando per negligentiam, siue incuriam quis fuit per saltum ordinatus, non fit ipso iure suspensus, sed venit suspendendus, ut præter omnes melius declarat Salzed. loco proxime citato.

Quod autem promotus per saltum sit ipso iure suspensus ab administratione Ordinis sic suscepti, expressè tenent Hostiens. & Panorm. in præsent. Sylvest. in summa verb. irregularitas quest. 11. Soar. in 4. disp. 25. quest. 1. art. 4. post concl. 5. vers. tertius, Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 12. num. 1. Nauar. in man. cap. 27. n. 242. Vivald. in candel. auro rit. de suspens. num. 48. Philatich. de offic. Sacerd. lib. 4. cap. 12. num. 1. Henric. in summa lib. 14. cap. 6. §. 3. Tolet. in instrum. Sacerd. lib. 1. cap. 50. n. 17. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 19. puncto 3. §. 5. Zerol. in praxi Episcopi p. 1. verbo dimissoria §. 3. & 4. Soar. de censur. disp. 32. sect. 1. dub. 2. concl. 2. Sayr. in simili tract. lib. 7. cap. 10. num. 31.

Non est autem promotus per saltum suspensus ab ordine ritè suscepto, & ideo in illo ministrare poterit absque periculo irregularis, ut docent Gregor. Lopez. l. 63. tit. 5. part. 1. Henric. Soar. d. l. 1. cap. 6. §. 3. & in commento lit. H. Soar. d. sect. 1. n. 42. Aul. de censur. part. 7. disp. 9. sect. 1. dub. 2. vers. secunda conclusio ad fin. contra Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 12. & Nauar. d. c. 27. n. 242. existimantes talem suspensionem esse ab ordine tam ritè quam malè suscepto.

Credebatur assertum, &c. Notatur ad hoc, quod id, quod dicitur à fide dignis, habet instanti causam credibilitatis, ut per Tiraque. de panis temperandis casu 51. num. 20.

Ministrare permittas, &c. Hodie ex noua dispositione Concilij Trident. sess. 25. de reformat. cap. 14. in fine Episcopus ex legitima causa potest dispensare cum promotis per saltum ut prætermissum ordinem suscipiant, & ut in ordine male suscepto ministrent, & ad superiores ascendant si non ministraverint in ordine suscepto, ita Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 12. num. 2. Nauar. in man. cap. 2. numer. 71. Henric. in summa lib. 14. cap. 6. §. 3. Fr. Ewman. in summa part. 2. cap. 17. numer. 9. Soar. de censur. disp. 31. sect. 1. num. 51. Sayr. eod. tract. lib. 1. cap. 14. numer. 26. & 17. Aul. in simili tract. part. 7. disp. 9. sect. 1. dub. 1. vers. sequitur secundum quod intelligit Mar. Alter. de censur. tom. 2. disp. 10. c. 5. vers. hoc in loco, siue scienter, siue ignoranter fuerint ita promoti, quia Conc. Trid. non distinguit de ordinato scienter, & ex superbia, vel ignorantia sed simpliciter loquitur, quod etiam verum est non solum in promotis aliquo Sacrorum ordinum omisso, sed etiam in promotis ad maiores Ordines omisiss minoribus, siue omnibus, siue vno tantum, ut refert decem Attenuata

Barbos. Collect. Tom. III.

in addit. ad recap. legum Navarra, lib. 1. tit. 38. l. 7. d^o Episcopis numer. 53. vers. item; unde à contatio sensu aperte constat prohiberi id facere cum eo, qui ministravit nulla præhabita distinctione scientia, vel ignorantia, eo quod simpliciter loquitur Concil. Trid. d. cap. 14. & ita vigore illius concludendum est semper intelligere Apoll. dispensatione, qui situatim Ordinibus insignitus ministraverit, ita Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 12. num. 2. Salzed. ad Bernard. d. c. 24. in addit. lit. D. Marius Alter. d. cap. 5. vers. hoc in loco quos refero ego ipse de officio. & potest. Episcopi p. 2. alleg. 47. num. 8. Verum si huiusmodi per saltum promotus ministraverit in ordine malè suscepto, vel in derelicto crimen sit occultum, poterit Episcopus cum eo dispensare ut prætermissum ordinem suscipiat, ministrare in malè suscepto, & ascendat ad superiores, vigore Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6. Ita docent Maiol. d. cap. 12. num. 2. Henric. d. lib. 14. cap. 6. §. 3. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 10. num. 40. Aul. d. part. 7. disp. 9. sect. 1. dub. 2. §. sequitur secundum Bonacin. de censur. disp. 7. q. 3. puncto 6. n. 10. Ego ipse de officio Episcopi p. 2. alleg. n. 43.

In gloss. Discretionis, ibi, bene recipit quis sacros Ordines. Notatur ad hoc, quod ubi aliquis ante annos discretionis ordinatur, recipit characterem, ita ut quamvis peccet celebrando, conficiat verum Sacramentum, vide Concil. Colon. in tractat. de Sacramento Ordinis, Richardum & commun. in 4. distinct. 25. quest. 1. artic. 4. ubi Sor. Navar. in man. cap. 27. num. 202. Bonacin. de sacramentis disp. 8. q. unic. punct. 1. num. 1.

In ead. gloss. ibi, sed nunquid isti taliter ordinati teneantur continere, &c. Notatur ad hoc, quod initiatum ordine sacro antequam ad rationis usum pervenerit, non tenetur ex vi voti ad servandam castitatem postquam pervenerit ad usum rationis, nisi votum ratificaverit, quia votum est deliberata promissio, carens autem usu rationis, non potest deliberatè promittere ut per Henric. in summa lib. 10. cap. 14. num. 3. Fornac. de Ordine, cap. 3. numero 6. Azor. institut. moral. part. 1. lib. 13. cap. 14. quest. 9. quos refert, & sequitur Bonacin. de sacramentis, disputat. 8. quest. unic. puncto 5. numero 1. obfervans num. 3. hanc esse differentiam inter pueros usu rationis carentes, & amens, quod pueris validè cōferri possunt Ordines etiam si illos nunquam petierint, illis verò qui post usum rationis inciderunt in amentiam non validè conferuntur Ordines, si eos nullo modo prius expetierint, censentur enim habitualiter Ordines nolle suscipere.

In gl. De misericordia ibi, sed quid si ordinatur in Episcopii prætermisso Diaconatu &c. 1. Notatur ad hoc, quod promotus per saltum, videlicet qui omisso subdiaconatu sacerdos, & Episcopus consecratus suscipit characterem Ordinis, sed non eius executionem, quia Ordines illos conferre non poterit, quos non accepit, ut ex D. Tho. resoluit Salzed. ad Bernard. d. c. 24. addit. 1. lit. A. vers. inter promotos. Mar. Alter. de censur. tom. 2. de suspens. disp. 10. cap. 5. in fine. vers. quoad primam partem, Campanil. induit. for. iuris Canon. rub. 10. cap. unic. num. 3.

In ead. gloss. ibi, bene recipit quis sacrum Ordinem, etiam si nullum habeat de minoribus. Similis gloss. in cap. sollicitudo 52. distinct. tradum D. Thom. & omnes Theologi in 4. sentent. distinct. 24. Sylvest. in summa verbo Ordo 5. quest. 5. quos refert, & sequitur Salzed. d. cap. 24. lit. B. & cap. 32. numer. 2. Tolet. in summa lib. 2. c. 50. num. 19. Couar. lib. 1. var. cap. 10. num. 16. vers. ceterum, Nauar. in man. cap. 27. numer. 242. Henric. in summa lib. 10. de sacrament. Ordinis cap. 14. §. 2. in commento lit. Q.

Q 2

& lib. 14. de irregul. cap. 7. §. 3. & in commento lit. C. Aul. de censur. part. 7. dist. 9. sect. 2. dub. 2.

10 In ead. gloss. ibi, prater Episcopalem, quem nemo recipere potest, nisi sit saltem Sacerdos. Sequuntur Hostien. hic post. n. 2. Boga. tract. de irregul. part. 5. sub hac rubrica. Sylvest. verbo Ordo 1. num. 1. Emma Sa verb. Ordo num. 25. Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 12. n. 3. Henric. lib. 10. cap. 7. §. 1. Salzed. d. cap. 14. addit. 1. vers. inter promotos, in fine. Azor. iustit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 30. quest. 9. Cardin. Bellarm. lib. 1. de Ordine cap. 5. Soar. de censur. dist. 31. sect. 1. n. 53. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 50. n. 19. Valet. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 1. num. 19. vers. tertium est. Quicquid contrarium teneant Archidiacon. Sor. Gemin. & alij, quos refert & sequitur Campan. in d. cap. vnic. n. 3. & tenet Codar. lib. 1. var. c. 10. num. ult.



De eo, qui furtive Ordines suscepit.

TIT. XXX.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabari, Ioan. Andr. Anch. Burt. Panor. Marian. Socin. Petrus de Ravenna in compendio iuris Canon. Mart. Mesnart. in epitome Decret. fol. 191. verso, Daniel. Venator. in analysi methodica iuris Pontif. pag. 700. Goffred. & Hostien. in summa huius tit. Alexand. Calfan. & Anastas. Germon in paratitulis ad quinque libros Decretal. Barthol. Carthag. in exposit. titulor. iuris Canonici, Zypæ. in analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. pag. 422. nonissimè Ioan. Honor. lib. 5. summ. Decretal. omnes sub hoc tit.

De materia tit. vide Henric. part. 2. lib. 13. de excommunicatione ca. 10. §. 1. in princip. & lib. 14. de irregul. c. 6. §. 4. Xaler. Reginald. in praxi fori penit. lib. 32. tract. 2. num. 71. Bernard. & Salzed. in pract. c. 25. Maiol. de irregul. lib. 8. cap. 8.

S Y M M A R I U M.

- 1 Ordinem furtive recipiens (si contra hoc facientem lata erat excommunicatio), sine dispensatione Papæ in sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere non potest: sed si excommunicatio lata non erat, Episcopus poterit dispensare.
- 2 Ordinatus furtive si erat lata excommunicatio contra illud facientes non potest in Ordine sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere sine Papæ dispensatione.
- 3 Verba, sub interminatione anathematis, sententiam ferendam continent.
- 4 Excommunicatio ab Episcopo lata in accedente ad Ordines contra ipsius prohibitionem non solum cadit in subditos ipsius Episcopi, sed etiam in exemptos.
- 5 Excommunicatus recipiens Ordines etiam minores fit irregularis.
- 6 Ordines furtive quando quis dicatur recipere ostenditur.

CAP. Veniens. I. Alex. III.

1 **O**rdinem furtive suscipiens, si contra hoc facientes erat lata sententia excommunicationis; non potest Episcopus cum eo dispensare ut ulterius ordinetur, monendus est ut fiat Regularis, ad hoc ut misericorditer cum eo dispensetur auctoritate Papæ: sed si excommunicatio lata non erat, Episcopus poterit

dispensare imposita prius condigna penitentia arbitratia Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Host. Anch. Panor. Mar. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. 181. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 703. remissit Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Auguist. collat. Decretal. lib. 5. tit. 25. cap. vnic. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. part. 26. cap. 9.

Probat hic text. furtive ordinatum, si erat lata excommunicatio contra illud facientes, non posse in Ordine sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere sine Papæ dispensatione, Episcopum vero posse dispensare si excommunicatio lata non erat, ut Soar. tom. 5. dist. 31. sect. 1. num. 54. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 52. tract. 1. num. 71. dicitur in pract. cap. 25. num. 3. vbi Salzed. in addit. lit. B. dicit quod iam de more consueverunt Episcopi in Ordinibus conferendis sub excommunicationis lata sententia poena prohibere ne quis audeat se ingerere, qui non fuerit approbatus, & tunc sic ordinatus, non poterit in suscepto Ordine ministrare, nec ad superiorem ascendere sine Romani Pontificis dispensatione, nisi etiam hoc occultum fuerit, & non de dictum ad forum contentiosum vigore privilegij concessi in Trid. Concil. sess. 24. de reformat. c. 7. vt resoluunt Salzed. loco proxime citato, & plures per Bonac. de error. dist. 7. q. 3. punct. 4. n. 5. in fine, quos refert de officio potest. Episcopi part. 2. alleg. 38. n. 39. Ad idque id Salzed. cum Rebuff. in praxi beneficiar. tit. de clericis ad sacros. Ordines male promotis, quod si Episcopus eo tempore quo confert Ordines, his verbis utatur, non tendimus ordinare non examinatos & approbatos tunc qui se ingessit non erit Ordinatus. ideo oportet denuo ordinari, iniungendaque prius illi erit penitentia, quia valde deliquit se ingerendo suscepiendo Ordinem ante approbationem.

Sub interminatione anathematis, &c.] Hæc verba sententiam ferendam continent, vt per Titrac. in l. pro quam, verbo reuertatur ad num. 255. Sayt. in clari Regul. 3. cap. 8. num. 19. Coriola. de casibus refer. part. 1. cap. 3. n. 52. pag. 502. & relatus ad c. vnic. n. 3. sup. dist. 31.

Aduerte hanc excommunicationem ab Episcopo latam in accedentes contra ipsius prohibitionem non solum cadere in subditos ipsius Episcopi, etiam in exemptos, vt cum Fornar. & alijs resoluunt Bonac. de Sacramentis, dist. 8. q. vnic. punct. 4. n. 31.

Si vero interminatio, &c.] Notatur ad hoc, quod excommunicatus qui sic recipit Ordines etiam minores, fit irregularis, vt per Henric. in summa lib. 13. de excommunicatione cap. 10. §. 1. in princip. vbi extendit ad suspensionem & personaliter interdictum, & lib. 14. de irregul. cap. 6. §. 4.

In gloss. Furtive, 1. Notatur ad hoc, quod dicitur quis furtive Ordinem recipere, quando sine ordinatione, & sententia superioris, & sine examinatione quis ingerit se cum malitidine ordinandum ignorante ordinatore, & sic Ordines recipit, vt per Bernard. in pract. c. 25. n. 1. Et aduertit Campanil. in dictione sor. iuris Canon. rub. 3. n. 6. quod si quis nullo precepto examine (loquitur enim vbi non adest prohibitio sub poena excommunicationis) nullaque prahabita intermissione fuerit ordinatus, deponendus est, quomodo si ignus, si tamen ignotus fuerit, Sylvest. verbo Ordo 2. n. 1. vel si cognitus, sed inhabilis, etiam si impedimentum nouerit ordinans, nec dispensauerit expresse, cap. si quis sine examinatione 81. dist. Henric. in summa lib. 10. cap. 18. §. 1. iuncto commento littera B. idque multo magis si ignotus, & indignus esset, ut omnium est confessus: quod si esset cognitus & dignus nec recedat, nec deponetur, si absque precedenti sententia fuerit